

3160. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: ABUSUS PHILOSOPHIAE CORPUSCULARIS (EX RAEIO)

Vorläufige Datierung: [Sommer 1692]

Überlieferung:

- 5 L Auszug mit Bemerkungen aus J. DE RAEY, *Cogitata de interpretatione*, Amsterdam 1692, S. 333–335: LH IV 1, 14c Bl. 12. 1 Bl. 8°. 1 1/2 S.

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Bei unserem Stück handelt es sich um einen Auszug aus einem Kapitel von J. DE RAEY, *Cogitata de interpretatione*, Amsterdam 1692, S. 333–336 (Ad § XIII. Linea 8 a fine, *Ea quae plebeis nota sunt dicere*). Er dürfte in Verbindung mit dem umfangreichen Auszug mit Bemerkungen in N. 1860 stehen und entsprechend nicht vor Sommer 1692 entstanden sein.

[Thematische Stichworte:] —

[Einleitung:] —

Abusus philosophiae corpuscularis

- 15 *Admodum accommodate ad verba Hippocratis [. . .] Daniel Sennertus, vir doctus et diligens naturae indagator (uti ipsum honorifice appellat ipse vir doctus et celebris Harvaeus) recte probat ac defendit, dicta communia Medicorum, calor, vacuum, dolor trahit, quatenus dictio ista omnis ad [. . .] popularem [. . .] sensum accommodata suo modo vera est atque hoc ipsum est γνωτὰ λέγειν τοῖς δημότησιν [. . .] plebejis nota [. . .] dicere, ut*
 20 *Medicum facere jubet Hippocrates[.] Ita enim loquitur Sennertus inst. Med. lib. 2. parte 2. cap. 11. Etsi recentiores nonnulli contra has attractionis causas disputent, neque concedant calorem, doloremve ut nec vacuum esse proximam attractionis causam tamen nihil novi et quod alicujus sit momenti contra vulgatam doctrinam afferunt. Nam dum a Medicis et vulgo dicitur attractionem fieri caloris, doloris et vacui ratione, [. . .] non ea ipsorum sententia est,*
 25 *quod attractio haec per peculiarem vim attractricem fiat [. . .] verum saltem evidentes et manifestas causas proponere voluerunt, quae fluxui humorum . . . ad partem aliquam occasionem praebent humoresque quasi alliciunt; et quas ne fluxio concite[tu]r vel augeatur submoveri necesse est quacunque etiam efficiendi vi attrahant. [. . .] Nihilque aliud sentiunt Medici dum nunc per ὄσιν nunc per ἔλξιν humores affluere dicunt quam quod causa quae facit*

- 30 20–S. 316001.2 *Etsi . . . recipiente*: D. SENNERT, *Institutiones medicinae libri quinque*, II, 2, 11 (Wittenberg 1620, S. 241).

ut humores ad partem fluant nunc sit in parte mittente, nunc vero in recipiente. Haec Sennertus[.]

Ita nos quoque putamus Medicinam non philosophico sed peculiari sermone tractandam et nomina illa: [. . .] natura, facultas, tractio, calidum actu vel potentia, temperamentum, qualitas [. . .] posse retineri quia saepe sine illis commode loqui non possumus[,] omnem 5 vero subtiliorem de illis disputationem philosophis esse relinquendam, atque si forte medicus etiam philosophus sit, hanc ei in suo munere personam deponendam esse. Ita Galenus de Hippoc. et Plat. decretis lib. 8. c. 3. alio modo Platonem, alio Socratem locutum de sanitate et morbis. Hippocrates nihil ultra [. . .] practicam necessitatem scire cur urat aqua[,] 10 sursum feratur ignis [. . .] ad morborum curationes nil confert. . . . an ignis partes pyramides, [. . .] cubic(ae) terr(ae), [. . .] non est praesentis loci definire[.]

Similiter Aristot. lib. 1. Eth. c. 7. *faber et geometra non eodem modo angulum rectum exquirunt sed ille quidem quatenus operi usui est, hic autem ad contemplationem. Eodem ergo modo faciendum est in caeteris omnibus ne operum accessione[s] sint opere potiores. (τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται).* Neque [. . .] in omnibus aequae causa flagitanda est. 15

Haec Joh. de Raei ipse insignis philosophus ex Cartesii schola, et simul Medicus. Lib. de interpretatione pag. 334 sqq.

3 *peculiari* (1) modo | (2) *sermone* *ers.* | L 6 *atque* (1) | si *versehentlich nicht gestr.* | forte (2) *si* L
13 *exquirunt* (1) eodem modo *facere* (2) *sed* L

7 Galenus . . . *definire*: vgl. GALEN, *De placitis Hippocratis et Platonis libri novem*, VIII, 3. 12–15 *faber* . . . *est*: vgl. ARISTOTELES, *Ethica ad Nicomachum*, I, 7 (1098a29–32).